



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Item lib. de Breuitate vitæ. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

sint parentibus. Mox eos sibi assidere iubet, osculatur, colludit, tragematis refertur. Quod si quando inter disceptantes electus fuerit, arbitratur lites primum audiet magna facilitate, cum dicit, videtur uterque recte ratiocinari: amicis curiosa munuscula saepe misit, & rogatus, ut aulam spectaculis commoderet, libenter facit: deinde inter spectatores, ut solet, conspicuus, assidentibus crebro dicitur, hanc suam aulam esse.

Item Seneca, 7. nat. 1.

Non dum satis robur omne proiecimus, adhuc quicquid est boni moris extingui-mus, leuitate, & politura corporum, mulie-bres munditias antecessimus, colores mere-tricios matronis quidem non inducendos viri sumimus: tenero, & molli incessu suspendimus gradum, non ambulamus, sed repimus; ex-oramus annulis digitos, in omni articulo gemma disponitur; quoti die comaminiscimur, per qua virilitati fiet iniuria, ut traducatur, quia non potest exui.

Idem, de breuitate vita, 12.

Quid illos otiosos vocas, quibus apud ton-sorem multae horae transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succeruit? dum de singulis capillis in consilium itur? dum aut dissecta coma restituitur, aut hinc, atque illinc deficiens, in frontem compelli-tur? quomodo irascuntur, si tonsor paulo fuit negligentior, tanquam virum tonderet: quo-modo excandescunt, si quid ex iuba sua deci-sam est? si quid extra ordinem iacuit, nisi om-nia sua in annulos suos reciderunt? quis est istorum, qui non malit temp. turbari, quam comam? quis non sollicitior sit de capitis sui decore, quam salute? quis non corruptior esse malit, quam honestior?

Item Tertull. de cultu femin.

Proprias praestigias formae, & hic virilis sexus sibi agnoscit: barbam acrius caede-re, interuallere, circumdare capillum, dis-ponere, etiam colorare capicem, primum

quamque subducere totius corporis lanugi-nem, pigmento quoque muliebri distinguere, caetera pulueris cuiusdam asperitudine laui-gare, tum speculum omni occasione consule-re, anxie inspicere.

Alia, ex Arbitro.

Cum has miraremur lautitias, Trimalcio lautissimus homo digitos concrepuit: ad quod signum matellam spado ludenti suppo-suit: exonerata ille vesica, aquam poposcit, ad manus, digitosque paululum asperfos, in capi-te pueri terfit.

Longum erat singula excipere, itaque in-traimus balneum, & sudore calefacto mo-mento temporis ad frigidam eximus; iam Trimalcio unguento perfusus tergebatur, non liureis, sed pallijs ex lana mollissima confectis.

Tres interim iatraliptae, in conspectu eius salernum bibebant, hinc inuolurus coccinam gausapa, lectica impositus est, praecedenti-bus phaleratis curforibus quatuor, & Chir-maxio, in quo deliciae eius ferebantur, puer vetulus, hippus, domino Trimalcione defor-mior.

Cum ergo afferretur ad caput eius, cum mi-nimis symphoniacis tibijs accessit, & tanquam in aurem aliquid secreto diceret, toto itinere cantauit.

Sequimur nos iam admiratione faturi, & cum Agamemnone ad ianuam peruenimus: in aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo, atque in laeae argentea pisum purgabat.

Super limen autem cauea pendeat aurea, in qua pica varia intrantes saluabat.

Caeterum dum ego omnia stupeo, penes-resupinatus crura mea fregi, ad sinistram e-nim instantibus, non longe ab ostiarij cella, canis ingens catena vinc-tus, in pariete erat pi-ctus, superque quadrata litera scriptum, *Causa causa*: & collega quidem mei risere, e-go autem collecto spiritu, non destiti totum parietem persequi: erat autem venalium titulis pictum, & ipse Trimalcio, capillatus caduceum tenebat, Mineruaeque ducente te-nia intabab: hinc quemadmodum ratioci-nari didicisset, deinde dispensator factus esset, omnia diligenter curiosus scriptor, cum in-scriptione reddiderat: in deficiente vero iam